



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 182. Petarsco Bohemiæ Gubernator fati functus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A C. 1448.

mia insidias ei parabant, sed etiam ad potissimas Principum Germaniæ ditiones, quas Romam iturus peragraret, sicarios emittebant. Nihilominus tam provide iter suum instituit, tantaque vigilantia ac studio a Principibus Imperii, & urbium Magistratibus, quorum terras pertransibat, protegebatur, ut tandem Hussitarum manibus ereptus, sanus & incolumis Romam venerit, Papæ Legationis suæ rationem redditurus.

§. CLXXXII.

*PetarSCO Bohemice Gubernator fati-
fundus.*

Optimas hujus Legationis spes potissimum elusit dissensio Mainardum inter & Petarsconem, regni Gubernatores. Ille enim Catholicæ Religionis studio accensus primas eo curas intendit, ut avitas Patriæ leges, & sanam Ecclesiæ Romanæ doctrinam revocaret: PetarSCO econtra, qui Rochisanam in paucis sibi carum Pragensi Ecclesiæ præfici, omni ope & opera contenderat, ægerrime tulit, Apostolicas literas tam avidè expectatas longiori, ac nimium quæsitamora recusari. Nihilominus Mainardum tanto in honore habuit, ejusdemque virtutem admiratus est, ut nunquam illius consiliis palam oblectari, aut seditiosos, quos

quos ipse castigandos judicaverat, aucto-
 ritate sua tueri auderet. Quinimo uni-
 ce, ut Mainardo obsequeretur, sententiam,
 qua in eos ultimum supplicium consti-
 tuit, sua quoque manu firmavit.

Sæcul. XV.
 A.C 1448.

Obiit Petarsco tempore Bohemorum
 tranquillitati admodum exitioso, & Po-
 diebracium sibi successorem habuit, non
 minori quidem, quam Petarsco Rochisa-
 næ amicitia junctum, magis tamen si-
 mulata, licet immoderata ambitione ela-
 tum. Jam ab illa die Bohemiæ solium,
 ad quod aspirante fortuna postmodum e-
 levatus est, conscendere parabat; &
 quamvis Bohemorum Hussitarum doctri-
 na sibi parum probaretur, opportune ta-
 men sectæ hujus ope supremum Regni
 imperium sibi vindicare noverat, aliis le-
 gitimis viis sibi undique occlusis. Co-
 nabatur Mainardus intempestivo nonni-
 hil zelo stimulatus, antiquos ritus jam
 viginti quatuor abhinc annis abolitos in
 Ecclesia urbis Pragensis denuo introdu-
 cere. Podiebracius ex adverso illos tan-
 topere abominari simulabat, ut Hussitæ
 cives eidem proponere non dubitave-
 rint, ut urbem invaderet, hoc enim cer-
 tum fore medium, quo Missa juxta no-
 vellæ Religionis præscriptum pro suo im-
 perio liberrime celebrari posset.